gratiam de spiritu sancto. *hic diuida*
Qui hanc *t aquam in modum*
aquam regenerandis *crucis*
omnibus hominibus preparatam archana
sui luminis admixtione fecun
det: ut sanctificatione concepta ab
immaculato diuini fontis ute
ro nouam renata creaturam pro
genies celestis emergat. Et quos
aut sexus in corpore aut etas discer
nit in tempore: omnes in unam pari
at gratia mater infanciam. Pro
cul ergo hinc iubente te domine omnis
spiritus inmundus abscedat: procul
tota nequitia diabolice fraudis
absistat. Nichil hic loci habeat contra
rie uirtutis admixtio. non insi
diando circumuolet. non laten
do subripiat: non inficiendo cor
rumpat. Sit hec sancta et innocens
creatura libera ab omni inpugna
toris incursu. et totius nequitie
purgata discessu. Sit fons uiuus
aqua regenerans. unda purifi
cans. ut omnes hoc lauachro salu
tifero diluendi eodem operante in
eis spiritu sancto perfecte purgationis in
dulgentiam consequantur. Unde
benedico te creatura aque per
deum uiuum per deum uerum: per deum qui
te in principio uerbo separauit
ab arida. cuius spiritus super te fereba
tur: qui te de paradiso manare
fecit et in quatuor fluminibus
totam terram rigare precepit. qui te
in deserto amaram suauitate indi
ta fecit esse potabilem. et sitienti
populo de petra produxit. Benedi
co te et per iesum christum filium eius uni
cum dominum nostrum. qui te in chana
galilee signo admirabili sua pote
ncia conuertit in uinum. Qui pedi
bus super te ambulauit et a iohanne
in iordane in te baptizatus est.
Qui te una cum sanguine de late
re suo produxit. et discipulis suis
iussit ut credentes baptizarentur
in te dicens. Ite docete omnes gen
tes. baptizantes eos in nomine
patris. et filii. et spiritus sancti. Amen.
Hic mutatur uox in modum legentis.
Hec nobis precepta *dicens.*
seruantibus: tu deus omnipotens cle
mens adesto. tu benignus aspira.
Hic aspirat in aquam. Tu has simplices aquas
tuo ore benedicito. ut preter na
turalem emundationem quam
lauandis possunt adhibere cor
poribus. sint etiam purificandis men
tibus efficaces. Per eundem.

License: cc-by-nc – Exeter, Exeter Cathedral Library, MS/3548B, 7v – Missal
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-jrs2/3853/40916)